Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8260
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ut hic sit vel fuit consecratio corporis xpi — Hoc est corpus meum

Respondimus quod de hac re sunt duo modi dicendi. Primus dicit quod xpus dns cum habuit potestatem excellentie in sacramento absque omni forma verbi te divina confecit. Et post hoc verba protulit sub quibus alii consecrarent. Et hanc opinionem tangit Innocencius dicens. Hanc potest dici quod xpus verbis divina confecit. Et postea forma expressit sub qua posteri iudicarent. Et hoc non videtur incomodum. Quia interea evangelii dr iudicit quod aliquando verbis facta est. Innocencius autem loquitur opinionem illam non asserendo sed narrando vel tangendo ordinem quo verba consecrationis est a xpo in quo primo erant divina adhibita. Alii dicunt quod dns confecit sub aliqua forma verborum non autem sub hiis sed sub aliis nobis ignotis sed hoc videtur incomodum. Sacerdos enim hiis verbis conficiens profert ea ut sunt tunc a xpo prolata. Igitur si tunc eis non fiebat consecratio nec nunc fiet. Alii dicunt quod confecit sub eisdem verbis quibus nunc conficit sed ea bis protulit primo tacite ad iudicium et 2o ad discipulos distribuit sacramentum ea apte protulit ut forma consecrandi aliis traderet sed ex hoc videtur quia nunc non proferunt a sacerdote consecrante in persona xpi ut oculte prolata. Non enim dicit sacerdos iudicium dicens hoc est corpus meum sed dedit discipulis suis dicens. Accipite et

Quarti dicunt quod xpus semel non protulit verba et eis semel prolatis consecravit per ea et sic forma consecrandi ex aliis dedit. Et hoc placet sancto thome. Hoc enim propinquius dns non importat circumstantiam sed ad hoc non dedit sed ad hoc ad aliis predictis ut sit sensus dni iudicium et fecit et dedit discipulis suis hec verba protulit. Accipite et comedite ex hoc ex plus placet bone ventum non dicit ad quod dns faciens verba proferet ad posset fuit semel verba profendo. Cum ipse ex potuerit conficere sine vo debuit ter conficere verba profendo ut per hoc aliis consecrandi forma traderet. Quia dns non tunc ibi potestatem sua ordinabat sed ex discipulos informabat. Istum posicio est quior et probabilior. Et hi istum dr ad primam non quod istam iudicium non fuit consecratio sed fuit quedam preparatio vel magis quam omnis a gratia accipiens principio in quo ascendit nobis nullum cibum attractandum nisi prima iudicium inde nos est. Ecce ex vino ad omnem cibum permittit iudicium.

Ad 2m de fractione dr quod ex duplici causa potest fieri fractio vel ad significandum vel ad distribuendum. Ad significandum sicut sacerdos frangit in altari et hoc sequitur consecrationem. Alia vero est ad distribuendum ut per aliquem conficiat pro multis. Ita quod hic unum panem et non hostias distinctas tot congruae pro frangit et post consecraret. Et ita fecit dns unde fregit ut inter discipulos distribuerent.

Quinto Quaeritur

Ut hic verba Hoc est corpus meum. Quinto vera et prisca forma consecrationis panis. Arguitur quod non. Quia illud pronomen Hoc aut demonstrat substantiam panis a accidentia et utrique modo est falsa ut notum est. Vel demonstrat corpus xpi. Et tunc propositio non est effectiva sic nec illa corpus meum est corpus meum cui equalet. Nulla enim propositio est effectiva quae ad esse illa posita accidit eo. Hic si ponetur accidit. Et talis est illa corpus meum est corpus meum cui equalet illa. Hoc est corpus meum qualitercumque demonstret hic. Hoc non est forma huius sacramenti. Quod non est de substantia forme